Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



estis. Et ecce audio quia est frumentum in egypto.
discendite illuc. et emite nobis necessaria ut uiuamus
et non moriamur. Et paucis post. Descen-
dite inquit fratres ioseph in aegyptum. comparare fru
mentum. Sane cum decimus fuisset. et simeon in
aegypto. et nouem fratres eius dimissi reuer-
terent ad patrem. Non est scriptum quia ascender
ex aegypto. sed imponentes ipsi quos frumentum sup
asinos suos abierunt. Neque enim digne dicerent
ascendere quorum frater uinctus tenebatur ipse ae-
gypto. Cum quo et ipsi mente et animo sollicitui
uelut quibusdam carceribus uinculis cruciabantur
adstricti. Cum autem recepto fratre. et agnito ioseph.
sed et beniamin oculis eius oblato. cum laetitia reuer-
tuntur. Tunc dicitur quia ascender ex aegypto et
uenerunt in terram chanaan. ad iacob patrem suum.
Tunc est quaerendo et dicunt ad patrem. quia io
seph filius tuus uiuit. et ipse principatum agit
totius terrae egypti. Necessario enim ab infi
mis et humilibus. tum dicuntur ad arduum. et ex
celsa conscendere. qui ioseph uiuere nunciant.
et principatum totius aegypti gerere. Haec in
terim adpensis nobis occurrere de ascensione
et discensione potuerunt. ex quibus studiosi quique